

pris, si comme on le dit, tout l'auditoire s'est empressé à l'embrasser.

Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. (Sap. x. 21)

*Quandonam perpetrata fuerit ista divina sapientiæ operatio meministis, auditores ornatissimi. Præ timore ingravescentis in dies oppressiois, ne mutire quidem audebant Israëlita, quamdiu sub duro servitutis Ægyptiæ jugo detinebantur.*

*Ut autem inimicos illorum demersit Deus in mare, & ab altitudine inferorum deduxit illos, tunc sapientia aperuit os mutorum, & decantaverunt Nomen sanctum Domini. Quin etiam stupendi hujus miraculi inopinatus aspectus, vel imperitorum, vel puerorum linguas disertas fecit, & victricem Dei manum laudaverunt pariter.*

*Si autem mea me non fallit opinio, auditores ornatissimi, ad nos etiam ab ipso ortu surdos mutosque, sacer hic textus facili negotio potest accomodari. In iniquitate concepti & in peccato nati, cæteris indulgam & loquendi & audiendi facultatem nobiscum non intulimus in mundum.*

*Justus es, Domine, & rectum judicium tuum: demonstras in duplici quâ laboramus infirmitate, quid omnibus debeatur.*

*Absit tamen a nobis, auditores ornatissimi, ut vos ad deplorandam vicem nostram inducamus! imò cum Prophetâ dicere liceat: Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ nostræ.*

*Æterna Dei sapientia attingens a fine*